

SIBERTVS DE BECKA.



Sibertus de Becka in Geldria natus et educatus
est. Is fœlici ingenio præditus diligentem ope-
ram literis nauauit, atq; magnam eruditionem ac-
quisiuit. Erat enim in diuinis scripturis doctissi-
mus, atq; iu iure Canonico & Aristotelica doctri-
na insigniter peritus. Nec minus etiam pia conuer-
satione & dexteritate quam scientia suo tempore
erat conspicuus. Hinc factum ut ordinis beatæ
Mariæ semper uirginis de monte Carmeli prior
Prouincialis, per inferiorem Germaniam, electus
fuerit. Cum autem is intellexisset, ordinem suum
à uero tramite declinasse, ipsum ordinale (quod
uocant) sui ordinis sagaci intentione correxit, An-
no Domini millelimo trecentesimo uicesimo, scripsit etiam super sententias,
atque Censuram noui Iuris. Atque post uarias lucubrationes in patria obiit.
Trithemius.